

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Andreae Alciati Emblemata

Alciati, Andrea

Patavii, 1661

Male parta male dilabuntur. Emblema CXXIX.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127360)

Malè parta malè dilabuntur.
EMBLEMA CXXIX.



MILVVS edax, nimie quem nausea torserat esca:
Hei mihi, mater, ait, viscera ab ore fluunt.
Illa autem: Quid fles? cur hæc tua viscera credas,
Qui rapto vivens sola aliena vomis?

COMMENTARI I.

- I. **D**VO milui sibi oppositi assidēt, quō-
iū alter magno conamine intestina
enomere cogitur: alter tanquam obstetric
parturienti assistit. Milvus est avis rapax
ex genere accipitrum, de quo Plinius lib.
10. cap. 10.

II. **T**ETRASTICHON hoc paucis
cōmutatis mutuatus est Alciatus ex apolo
go Gabriæ, quod sic habet;
Emble-
matis ty-
phus -
ἦ δ' αὖ γε λῶσα, πῆ φόβη τίχῃ, ἔφθῃ,
τῶν σῶν γὰρ ἔδῃν, ἀλλ' ἰμοῖς † ἀλλο- † ἀλλο-
τρίων. id est:
Bovis puer cūm edisset die festo viscera:
Hei mihi: genebat; quia intestina, mater,
emitto.
Illa autem ridens: Ne time, fili, inquit;
Tuorum enim nihil, at vomis alienum.
Puer die festo bovis cūm viscerā
Voresset: Hei mater, clamat, mea esfluunt
Intestina. At ridens ait: Fili, haud time.
Nā non tua hæc sunt sola at aliena vomis.
Sanctius

† ἀλλο- † ἀλλο-
τρίων.

Hei mihi: genebat; quia intestina, mater,
emitto.

Illa autem ridens: Ne time, fili, inquit;
Tuorum enim nihil, at vomis alienum.

Puer die festo bovis cūm viscerā
Voresset: Hei mater, clamat, mea esfluunt
Intestina. At ridens ait: Fili, haud time.
Nā non tua hæc sunt sola at aliena vomis.

Sanctius

Sanctius id paululum aliter reddit :

Bonus puer festo die cum comedisset viscera: Hoi mihi, clamabat, quod intestina effundo, mater.

Hac videndo ait: Ne timeas, fili, Non enim ex tuis quidquam, sed vomis aliena.

III.

Milui hic roglyphicum.

MILVVS edax] vorax miluus seu miluius, quæ idem Plinius loco citato rapacissimam & famelicam semper auem vocat. Et Philosophi antiquiores, qui doctrinam ab Ægyptijs magna ex parte mutuati sūt, deq; hominum moribus per palingenesia signeta differere, per miluium rapacitatem intelligi tradiderunt, hominesq; eos, qui auaritiæ studuissent, promptique semper & parati ad imbecilliorū expilatores, & rapinas, & violentas tyrannides fuisset, in miluos ac lupos conueriti, vt Socrates in Phædon: disputat. In diuinis quoque literis miluus pro prædone & grassatore ponitur. Aristophanes ad hanc rapacitatem alludens dixit: Ἰκτινα παντοφθόρον καὶ ἀπαγαγὰ τριφών. Aliturus omnium ac rapacem miluium. Pierius libro 17. Hieroglyph. Ouidius quoq; volucrum rapidissimam vocat miluium, 2. Metamorph. Vt volucris visis rapidissima miluius exiit. Cicero ad Q. Fratrem: Renunciare tibi Licinium plagiarium cum suo pullo miluino ti buta exigere.

Nausea.

Quem nausea torserat] Qui præ ingluvie vomebat. Nausea est stomachi ad vomitum concitatio. A nauis deductum nomen, quasi nautea, ex cuius sentina mouetur stomachus. Cicero 2. Philipp. facere nauseam, pro vomere posuit: Modò nauseam faciat, quod in Numitia porticu fecit. Sic legit Budeus.

Viscera

pro diuitijs.

Viscera] Viscera sunt diuitiæ. Vnde Penelope Ouidiana: Viscera nostra tua diripiuntur opes. Et vulgariter dicitur apud nostrates: Eum qui suum perdit, sensum perdere. Vel: Qui censum perdit, sensum amittere. Sunt enim χηματα ἢ ψυχή καὶ ζωνή βροτοῖς. vt est in quodam Græcorū epigrammate. Cicero pro Quintio: Non pecuniam modò, verùm etiam hominis propinqui sanguinem vitamq; eripere conatur. Extant versus Græci, Antiphani adscripti: τὰ πύργιστον ἴσον αἶμα καὶ ψυχὴ βροτοῖς. ἴσος δὲ μὴ ἔχει τοῦτο μὴδ' ἔκτιστο, ἔτος μετὰ ζώντων τέρηναις περιπατῶν.

Sanguis hominibus & anima sunt pecunia.

Has ergo quisquis possidere non potest,

Viuos inter mortuus deambulat.

Huc fac t M. Tullij ex Syllana defensione locus, de ijs, qui tanto amore suas possessionis amplexi tenent, vt ab eis membra diuelli citius & distrahi posse videantur. Ammian. verò Marcellin. lib. 17. Dum nullus obsisteret. &c. ex barbarorum visceribus alimenta congesta sunt.

Ab ore fluunt] Rectè fluunt: fluxa enim & caduca esse solent τὰ χηματα ἀρπακτα.

Qui rapto viuens &c.] ex furto & fraude victitans, egeris non tua, sed quæ malis artibus parasti.

DICTVR in eos, qui quæ rapto & fraude congesserunt, agrè perdunt, ac si sua essent. Procul dubio non ab re dictum est à Chrystomo, Pauca malè parata bene comparata perdere: vt & Sallustio (qui est Emblematis titulus) Malè parata malè dilabuntur. Et Plautus Pœnilo: -- Malè partum malè disperis.

Hoc si veniret aliquando in mentem ijs, qui tam impensè animo secum agitant, vt facienda lucri rationem conquirant, huc & illuc pecunias corradant, nec interea vnde habeant curent: aut certe timerent, ne amittendi alea fortasse aliquando impotentius cruciarentur: aut ne instam in se nummis iram prouocarent: aut saltem cogitarent, quàm hæc fluxa sint, quàmque fragilia ea fortuna bona, quorum hæc Jorum causa tot tantisq; curis distinguntur. Refert Cornelius Tacitus 1. Hist. græde gaudium Romanos inuasisse, quod ij tam pauperes forent, quibus donasset Nero, quàm quibus abstulisset. Huc refero illud Menandri: κέρδη πονηρὰ ζημιὰν αἰεί φέρει. Lucrum malum damnium semper fert.

Et illud: τὰ δ' ἀισχρὰ κέρδη συμφορὰς ἰσχυρὰ ζέταν. At calamitates lucra turpia afferunt.

Sed audiamus longè graue & cordatum Plauti monitum, Sic enim Rudente: O Gripe Gripe, in atate hominum plurima fiunt transenna, vbi decipiuntur dolis.

Atq; ἀπολ in eas plerūq; esca imponitur; Quam si quis anidus poscit esca auariter. Decipitur in transenna auaritia sua.

ille qui consultit, doctè, atque astutè cauet, Diuitinè vit bene licet partium bene.

Porò Cicero Philipp. 2. vlrpanit hoc

Ada-

IV. In furas & raptores.

Adagium Plautinū, translaticū; in Antonio rapacitatem & ingluviem, his verbis: At quam insolenter statim heluo inuasit in eius viui (Pompeium intelligit) fortunās, cuius virtute terribilior erat populus Romanus exteris gētib; iustitia charior? In eius igitur copias cum se subito ingurgitasset, exultabat gaudio, persona de nullo modo egens, repere diues: sed vt apud Poetam nescio quem. *Male parua male dilabuntur*, incredibile ac simile portēci est, quonam modo ille tam multa, quam paucis non dico mensibus, sed diebus, effuderit. Celebratum est iam olim doctorum hominum vocibus: *Diuitem aut iniquum, aut iniqui heredem*. Quod dictum esse suspicor in eos tātum, qui quicquid omnino auide cupiunt, iure vel iniuria cōgerunt. Qui verō fieri potest, vt opum facultatumque tam expedita facilisque, & penē momentanea, vt ita loquar, adeptio, cōquisitio, possessio, iusta esse & legitima censeri debeat? Iuuenalis optime:

In diuites iniquos.

--- diues qui fieri vult,
Et cito vult fieri. Sed qua reuerentia legum?
Qui metus, aut pudor est vquam propter an-
tis auari?

His itaq; violentis & iniquis harpyijs, id est, furacibus hominibus, si quid aduerſa fortuna detrahar, aut alius quidam casus eripiat (quod nonnumquam solet accide- re) iacturam hanc non tam molestē ferre debent, quam certē boni quiq; & honesti viri in lucto esse deputatē, beneque cum mortalium rebus actum esse non tam grauatē dicerent, si quae iniuste possederunt iniqui illi captatores, ad veros tādē pos- sessores redirent. Eo de genere situm sunt pleriq; forentes tabulae, atq; importuni syeophantē, & maxime a ratio publico nonnumquam preſecti aruſcatores, qui equis- sima inuicis vltione, aduerſa reſtate fortuna plerumq; sumptus faciunt, quos nū- quam putassent: & saepenumero citius quā vellet, euomunt quod conoquere non potuerunt. Id etiam vulgō tritum:

Aditij so- veses qui

De male quaestis non gaudet tertius haeres.
Mulieres Italae probare volentes, non diu-
duraturas esse illas fortunās, quae vsuris-
ant huiusmodi faciōrib; acq; iustitiae sūt,
hac vtuntur sententia:

Cio, che vien di ruffa in ruffa;
Se ne vā di buffa in buffa.
Fortasse etiam huc referri potest illud De-
mocriti, πλοῦτος ἀπὸ κακῆς ἰργασίας πε-
ριγινόμενος ἐπιθανέσθου τὸ ἐνείδος κιν-
ηται. Et Hesiodus, mala lucra damnis
esse simillima cecinit:

--- κακά κέρδη ἴσα ἀγροί.
Contra laudat χρήματα ἐκ ἀρπακτα,
queque sunt δεῖσθота. Sic enim ille:
χρήματα δ' ἐχάρπακτα θεῶσδ' ἴσα πολ-
λὸν ἀμείνω. (res.)

Pecunia non rapta à Deo data multo melio-
Sed praestitit audire Graecam musam Euri-
pidis & Menandri, quorum ille:
ἀδίκως δὲ μὴ κτῶ χρεῖματ', ἢ βέλῃ πολὺν
χρόνον, μελᾶδ' ἄποισ ἠμίνων. τὰ δ' ἀδίκως
οἶκός ἰσέλθ' ἄν', ἐκ ἐχαι σωτηρίαν.
Inuisse ne possideas pecunias, si velis longo
Tempore in adibus manere Quicquid enim
iniquè
Domi cumuluaueris, non potest esse saluum.
Iste verò sic:

πλεονεξία μέγιστον ἀνδράποισ κακόν.
οἱ γὰρ θίλοντες προσλαβόντων πέντα
ἀποτύ, χάνουσι πολλὰ κίς νικώμενος.
τὰ δ' ἴδια προστιθίσασιν τοῖς ἀλλοτρίοις.
Cupido habēdi aliena, maximum malum.
Aliena namq; qui student ascescere,
saep̄ excidentes spe sua, contrā bonis
Alij addunt ipsimet tandem sua.

Hoc nonnullis contigisse testatur etiam
Xenophon. Narrat quoq; Cornelius Tacitus
(quod supra attingimus) libris Annal.
quosdam sub Neronis principatu locuple-
tes, qui cum tandem facti essent omnium
egentissimi ac miserimi; & papulos Ro-
manus letabatur fortunam ita cōuersam,
simulq; pēnas dare qui meruissent. Nec ab
hoc loco alienum illud Iurisci consulti: Non
videtur retinere possessionem, qui eam sic
nactus est, vt retinere nō possit. I. nō vide-
tur, si acquirit, possit. Et videmus singulis
diebus singulari Dei iudicio fieri, vt pleri-
que balatrones, qui medio tumultu ciuili,
sub titulo sancti foederis, sanguine bono-
rum ciuium locupletati, tandem vrbibus
receptis, & rebus compositis hiant omni-
deſpectissimi & pauperissimi. Sic quoq; ty-
ranni solent saepe esse prodigi bonorum;
quae rapina ab alijs extorserunt.

Balatro- nes.

